NOVA ET AVCTA
ORBIS TERRAE

0012

2015 Ministério da Cultura

A. 10012

10182
10012

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

NOVA ET AVCTA ORBIS TERRAE DESCRIPTIO AD VSVM NA

uigantium emendatè accommodata.







Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheets 1 and 2.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura

Inspectori S.

In hac orbis descriptione tria nobis curæ fuerunt. Primum sphęræ superficiē ita in planum extendere, vt situs locorum tam secundum directionem distantiæ, quàm veram ꝗ̄ secundum longitudinem latitudinemq; debitam vndequaq; inter se cōrrespondeant, ac regionum figuræ in sphera apparentes quatenus fieri potest seruentur, ad quod noua meridianorum ad parallelos habitudine & situ opus fuit, quę enim a geographis hactenus editę sunt conscriptiones meridianorū curuitate & ad inuicem inclinatione inidoneę sunt ad nauigationes, in extremitatibus quoq; figuras situsq; regionum, propter obliquam meridianorum in parallelos incidentiam, adeo mire distorquent vt agnosci non possint, nec distantiarum rationes obseruari, in marinis nauclerorum tabulis gradus longitudinū per omnes parallelos vsq; in polum crescunt supra sphęricam rationem, nam perpetuo æquales manent gradibus æquatoris, at gradus latitudinum minime crescunt, quare ibi quoq; distra hi enormiter figuras regionum necesse est, & vel longitudines ac latitudines, vel directiones distantiasq; a vero aberrare, & cum magni ea causa errores commit tantur, ille caput est, quòd trium locorum inscriptione ex vno æquinoctiali latere' facta secundum triangularem aliquam dispositionem, si medius quiuis extremis iusta directione & distantia respondeat, impossibile sit extremos similiter inter se respondere, quibus consideratis gradus latitudinum versus vtrumq; polum paulatim auximus pro incremento parallelorum supra rationem quam habent ad æquinoctialem, quo id consequuti sumus vt quomodocunq; quis duas tres pluresue locos inscribat, modo ex his 4: differentia longitudinis, differentia latitudinis, distantia, directione, duo quelibet in vnoquoq; loco ad alterum collato obseruet, recte se habebunt omnia in cuiuslibet loci ad quemlibet collatione, & nullus vspiam error commissus reperietur, quem in vulgaribus nauclerorum tabulis multis modis, potißimum in maioribus latitudinibus admiti necesse est. Alterum quod intendimus fuit: vt terrarum situs magnitudines locorumq; distantias iuxta ipsam veritatem quantum assequi licet exhiberemus, in hoc extremam diligentiam impendimus, marinas Castellanorum Portogalensiumq; tabulas, tum inter se, tum cum plerisq; nauigationibus impressis & Scriptis conferentes, ex quibus omnibus æquabiliter inter se conciliatis hanc terrarum dimensionem & situm damus, secundum ea quę hactenus obseruata sunt & ad nostras manus peruenire potuerunt castigatissimum. Tertium quod tractandum suscepimus fuit: ostendere quę partes orbis & quous q̄ veteribus innotuerint, quo antiquę geographię limites non ignorentur, & priscis seculis suus honos deferatur. Dicimus autem tres esse distinctas continentes, primam e cuius medio creatum multiplicatumq; genus humanum in omnem vndiq; terram disseminatum est, secundam quę noua Indıa dicitur, tertiam quę meridiano cardini subiacet. Harum posteriores duę veteribus ignotę penitus permanserunt, nisi forte noua Indıa sit quę apud Platonem est Atlantis. Prima tametsi tota non fuerit a Ptolemęo in tabulas assumpta omnis tamen ambitus eius oceano terminari agnitus & maxima parte a veteribus descriptus est. Et quod ad tabularē Ptolemei descriptionem attinet, ex his quę de Gangis situ demonstrauimus in hoc opere, conflat eam comprehensis insulis quas ibi diximus ab orientali parte ad Thamū vsq; Cathai promontorium progredi, vbi (vt Melę placet) extremus Indię angulus, meridionalis lateris terminus initiumq; orientalis existit. A meridie hīc quidē ad Præsium Africę promontorium & Madagascar insulam, inde vero ad Hippodromū Aethiopię in medio sinu Hesperico terminatur. Septentrionalis org extrema post Cimbrorum promontorium est Liuonia, sed assumptis simul insulis Scandia, Albione, Hibernia, Ebudibus, Orcadibus, & Islandia, quam certum est esse Thulen ex Plin: lib. 2. cap. 75, & lib. 4. cap. 16, Solino cap. 25, & Pomp. Mela lib. 3. cap. 6. Reliquus ambitus septentrionalis a Plinio transcensis Ripheis iugis describitur, & ex sinistro littore Scythici oceani Noruegiam Suediam & Finlandiam sub nomine Balthia Basilia Scandinauia & Cimbrica perlustrat lib. 4. cap. 13. sed tanq; insulas, quod isthmum qui Finnicum sinum a Granduico disiungit ignoraret. Dextrum litus prosequens lib. 6. cap. 13 primum post Hyperboreas gentes Lytarmō Riphei montis promontorium ponit, deinde Arimpheos plurimasq; alias nationes quę circum mare Caspium eiusq; ostia sunt, putabat enim in oceanum Scythicum erumpere, postea cap. 17 residui littoris conditionibus & populis enarratis Tabin promontorium superat, & per conuersam in orientem æstiuum littorum faciem ad Seras procedit, demq; in Indiam reuertitur. Quod item reliquum erat. Africę a Præsio promontorio ad sinum Hespericum, iubę regis testimonio circumnauigabile dicit lib: 6. cap. 29, assignatis etiam aliquot stationibus eius nauigationis qua ex India in Mauritaniam itur. & multo antea, vt est apud Herod: lib: 4, iussu Nechaonis Aegypti regis Phœnices quidam Arabico sinu egressi biennio Africam vsq; ad columnas Herculis circumnauigarunt. & postea Eudoxus quidam apud Melā, cū Lathyrum regem Alexandrię profugeret Arabico sinu egressus Gades vsq; peruenit. Eius est, Certum est igitur oceano cingi continentem nostram, & a veteribus ambitum eius notum, ac pro maxima parte descriptum esse ipsorum autoritate constat, quare manifestum est errare eos qui nouam Indiam cum Asia continētem faciunt, quemadmodum & eos qui Portogalensium nauigationes Asiaticas longe Ptolemei descriptionē superare affirmāt, cum iuncta ea quę de Gāgis & Aurea sicu adferimus multū adhuc ab eiusdem termino distare eas constet.

De vero Gangis & Aureę chersonesi situ

Ca quę longa experientia discuntur si ad perfectam veritatis cognitionem progredi non autem falsitate obscurari debeant sic vestituenda sunt, vt castigatis quę per manifestas rationes falsa sunt, probabilia retineantur, donec experientię & rationationes omnes inter se consentaneę res ipsas in sua veritate oculos ponant, talis est geographia, quam si volumus veterum incognita temere quauis occasione transponere cōmutare aut inuertere, non modo non perficiemus, sed pro vnius erroris emendatione centum veritates deprauabimus & confusissimam tandem terrarum & nominum congeriem faciemus in qua nec regiones suis locis nec nomina suis regionibus reponantur, quale quid hodie in Indię descriptione fit a geographis, dum nimis absurde Gangem celebratissimum fluuium occidentaliorem facunt Cincapura promontorio & Taprobana, qui veteribus multo fuit orientalior, atq; vniuersam deinceps Indię descriptionem quę apud Ptolemeum est inuertunt & confundunt nihil illi vltra dictum promontorium concedentes, quod in primis nobis refellendi est, quo Ptolemeo sua stet autoritas & geographica veritas eruatur, quę non minus vera nomina ꝗ̄ veros loco rū situs postulat. Ac primum constat eam descriptionem non obiter a Ptolemeo congestam esse, sed inde vsq; ab Alexandro Magno multorum terra mariq; profectionibus, multorum obseruationibus hanc figuram accepisse, & emendatius collectam a Marino, integritatiq; a Ptolemeo restitutam, quare cum tot seculis totq; artificibus elaborata sit, non est possibile tam enormiter a vero recedere, vt tam longi litoris transpositione fallat, neq; enim poterat tantarum litoris partium, quantę sunt a Comara promontorio ad Taprobanam adiacentiq; ei promontorium, ac dehinc ad Gangem & Aureum, neq; tam frequenta tarum (vt copiosa locorum inscriptio arguit) consequentia ignorari, vt quę prior erat posterior poneretur, & Ganges longo interuallo Taprobanam sequeretur qui (vt nostri volunt) multo antecedere debebat. In directionum cursu falli poterant veteres propter nauigandi artem adhuc imperfectam, & quod neglectu fere directionibus littora soleant legi. In particularium itidem locorum transpositione errare potuerant, at sane in huiusmodi quam diximus consequentia nequaq̄. Arrianus grauis auctor in Periplo veritatis nobis iudex est, cui ab Indo in meridiem est Comara, vnde iuxta consequentiā littorum per Colchos, Camaram Poducam & Sopatmam peruenit in Taprobanam & adiacentem illi regionem Azaniam, vbi nunc Malacha est nostris, & Ptolomeo Mesolus fluuius, Arriano item Mazalia regio, postea per Desarenā Cirradas, Bargasos, Hipporprosopos demum ad Gangem fluuium & emporium pertingit. Ad hęc via regia stadiorum 20000, quę est ab Indo ad Gangem & Palibothram apud Strabonem lib: 15 non alio loco Gangem admittit q̄ quo nos eum cum Ptolomeo posuimus. Non enim intimus recessus Bengalici sinus, quo hodie veterum Gangem transferunt, cousq; elongari ab Indo potest seruatis directionibus & earum dimensionibus, vt propositam distantiam Palibothra Gangi impositæ seruet, simul perpenso quod Ganges a Palibothra orientem versus mare petat. Jam si consideremus 32 dierum iter quod Nicolaus de Conti Venetus confecit ab intimo sinu Bengalico, & Auam fluuium, ad quem peruenit, multo maiorem Guenga Bengalico, non inepte iudicabimus eum ad maximum Indię fluminū celebratissimum, veteribus Gangem peruenisse, quanq; alio forte ibi nomine vocatum. Auam quoq; vrbem eidem fluuio adiacentem credibile erit Palibothrā esse cum ob magnitudinē, vt quę 15 miliarium ambitu pateat, tum ob conuenientē ab ostijs distantiam, 17 enim diebus enauigauit Nicolaus, cum 6000 stadiorū ponat Strabo. & sane cū eo loco quo nos signauimus sit fontes Guenge Bengalici, idemq; quem posuimus ipsius decursus, vt Joannem de Barros testem habemus, quid absurdius dici poterat q̄ hunc esse veterum illū Gangē, cuius fontes constat ipsem montibus quibus Indū oriri, & 280 mil: pas: tantum a Zaradro orientalissimo Indum augentium fluuio Plinio teste distare, tum etiā magna parte in meridiem ferri? Quare cum neq; fontes Guengę, neq; situs, neq; longitudo ipsius veterum descriptioni conueniat, hunc esse veterum Gangem negamus, tametsi nomen eius referre videatur. Quinimo nec ipsi qui eius opinionis autores fuerunt suę sententię confidenter stare videntur, cum alterum fortasse Gangem ipsem cum Guenga ostijs se in Bengalicum sinum exonerantem, ipsa nimirum dislocatione cos re darguente. Adde quòd oppida aliaqe & Moin siue Mien aut Mein regnū huic fluuio, quem nos Gangem esse defendimus, debita ad suum quoq; fictitium Gangem transtulerint, quo perspicue intelligi datur verum illum & veterum Gangem alibi ꝗ̄ in sinu Bengalico querendum esse. Preter solidas quoq; ipsas rationes vel figura ipsa litorum & nomina passim inscripta veritatem ostendere poterant. Conari enim promontorium & nostri cum Ptolomeo Arriano ponunt, cum cabo de Colle quid aliud sonat ꝗ̄ Collaicum Ptolomei aut Colchicū Arriani? quid consonantius ꝗ̄ Jameri & Chaberis siue Comara, Pogu vel Pegu & Poducа, Tauay & Taua, Malanga & Malaca, Cantan & Gange oppidum cum fluuio maximo qualem veteres quoq; Gangē testantur? Deniq; si hic non est Ganges vbi posuimus, quo referentur tot insulę in sinu Gangetico a Ptolomeo posite, cum in Bengalico sinu non reperiantur? Tenemus ergo Cantan maximum fluuium esse Gangē a veteribus celebratum, & Auream esse non quę nunc Malaca est, sed Sapan insulam, vt ex Arriano & Mela liquet, tametsi peninsulam faciat Ptolomeus, apud quem & Sabana emporium hodiernum insulę nomen videtur obtinere, M. Paul. Ven: lib: 3. cap. 2. dicit eam conuenienter antiquo nomini suo auro abundantissimam esse. Preterea insulam Burneo esse q̄ Ptol. Bone fortunę, Celebes Ambon & Gilolo esse quę Sindę appellantur, Mindanao cum vicinis q̄ maioribus Barussas vocari refellere non possumus. Nomina item quędam in recentioribus tabulis inuenię quę Magi & Cathaium regna Ptolomeo cognita fuisse manifeste docent, & ad finem Magnum quę Plinius Chrysen vocat pertinere, vt sunt in Mangi regno Pagrasa, Donc, Caracaran, Agonara, Tartaho, in Cathaio autem Aspicia & Brema, quibus apud Ptol: respondent Pagrasa, Daona, Lariagara, Aganagara, Cortacha, Aspithara, Bramna, vt dubium nullum sit Gangem Taprobana orientaliorem esse, rectęq; deinceps Chrysen vsq; ad sinum Magnum sequi, vbi quę Cattigara Sinarum statio postremus Ptolomaicę descriptionis terminus orientalem nostrę continentis extremitatē possidere, & in regnum quod hodie Tenduch vocatur incidere videtur.

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheets 3 and 14.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 4.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 5.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura



Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.
Sheets 6 and 15.
Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.
Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura



Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 7.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura



Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 8.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 9.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 10.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 11.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.

Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura

De Presbitero Ioanne Asiatico & prima dominij Tartarorum origine
Eo tempore quo communibus copijs Antiochia Syrię a Christianis obsessa & expugnata est, anno 1098 erat monarcha regionū orientaliū Asię Coir Cham, quo mortuo sacerdos quidam & pastor Nestorianus arripuit dominiū populi Naiman in terra Naiam, ac deinceps totius orientis imperiū, vocatusq; est (vt erat) presbiter & rex Ioannes, quo defuncto imperiū sibi arrogauit frater eius Vuth, qui in Caracoran dominabatur, & Cham se vocauit, id est dominum. Hic dum metueret succrescentes multitudinem & vires Sumongalorū, hoc est aquaticorū Mongalorū, qui proprie Tartari dicebantur a Tartar flumine patrio, quariq; nec regem nec ciuitatem haberent sed pasto res tantum essent & tributum annuū penderent, voluit illos in varias regiones dispergere quo rebellandi potentiam frangeret, verum illi cognationis & mutuę societatis iura relinquere nolentes conspiratione facta fugerunt versus aquilonem, ampliam ibi & natura munitam regionē occupantes, in qua etiam negato tributo tueri se possent & libertatem vindicare. Post paucos vero annos, cum (vt habet Guliebrius Tripolitanus) gregibus imperatoris sui Vutcham grauarentur ceteri Mongali, aut alioqui forte propter ereptum Tartarorum tributum vexarentur, faber quidam ferrarius Mongalus, nomine Chinchis communis iniurię pellendę & libertatis asserendę auidus fecmongalos ad defectionem sollicitat, Tartaros reuocat, & communicatis consilijs omnium consensu rex creatur anno Domini 1187, mox eas regiones quę citra Belgian montem erant inuadens facile omnes adeptus est, quoniam vt erat prudens, recte victoria vtebatur, in victos minime seuiebat, sed vnicuiq; luben ter se submittenti & militię operam suam communicanti vitam coniuges liberos & substantiam omnem saluam esse iubebat. Deinde montem Belgian vbi in oceanū ex currit superans aggressus est regnum Tenduc sedem imperialem Vutcham, quo de uicto factus est monarcha orientis, vixit post Vutcham sex annis, in quibus multas prouincias imperio suo adiecit. Sic imperium ad Mongalos peruenit & Tartarorū dicitur, cum quod horum occasione & opera conquisitum sit, tum maxime quod cō muni iure & societate viuentes Mongali omnes generaliter Tartari vocarentur. Mansit autem Vutcham cum sua posteritate rex Tenduc, sed sub tributo & Tartarorum imperio. Hęc breuiter collegimus ex M: Paulo Veneto, Haitono Armeno, & Gulielmo Tripolitano Dominicano Anconensi, qui anno 1275 a Gregorio 10 missus fuit ad Tartaros, quo prima dominij Tartarici origo & sedes nota esset, ac de veritate eius Presbiteri Ioannis qui in Asia regnare creditus est hactenus, tum quoq; diuersum esse eum ab illo, qui vsq; hodie in Africa Prete Gian appellatur, constaret.
De longitudinū geographicarū initio & polo magnetis
Tentatur Franciscus Diparius perutilissimus nauarchus volubiles libellas magnetis virtute inuestias recta mundi polum respicere in insulis Viridis, Salis, Bonauistae, & Mato, cui proxime astipulantur qui in Tercera aut S. Maria (insule sunt inter Açores) id fieri dicunt, pauci in earundem occidentalissima ōrbi nomine id contingere opinantur. Quia vero locorum longitudines a communi magnetis & mundi meridiano iustis de causis initium sumere oportet, plurium testimonijs sequutus primum meridianum per dictas Viridis insulas protraxi, & quia alibi plus minusq; a polo deuiāte magnete polum aliquem peculiarem esse oporteat quo magnetes ex omni mundi parte respiciant, eum hoc quo assignatur loco existere adhibita declinatione magnetis R. atisbonę obseruata didici. Supputaui autem eius poli situm etiam respectu insulę Coruū, vt iuxta extremas primi meridiani positus extremi etiam termini, intra quos polum hunc inuenire necesse est, conspicui fierēt, donec certius aliquid nauclerorum obseruatio attulerit.
Hic erit polus magnetis, si meridianus per insulā Corui primus dici debeat.
Hic polum magnetis esse & perfectissimum magnetem qui reliquos ad se trahat certis rationibus colligitur, primo meridiano quē posui cęcęso.
Hic in monte collocati sunt duo tubicinarii, quos verisimile est Tartaros in perpetuam vindicatę libertatis memoriam eo loci posuisse, qua per summos montes in tutiora loca commigrarunt.
Petzorzke morie
Nova zemla
Vaigatz
Colgoyeue
OCEANVS SCYTHICVS qui & mare Tabin
Tazata insula hic vsquam a Plinio ponitur.
Tabin promontorium Plinio
Lytarnus primum Celticę promont. Plinio
Camenoi pogas, hoc est orbis terręq; cingulum mons, Hyperboreus veteribus, Riphęus Plinio.
Camenoischoi saxum
Petzora
Petzora flu.
Rubicka flu.
Pustozera flu.
Ziryka flu.
Pustozera
Vssa flu.
Camenoi pogas
Danadim flu.
Perhunc fretum mare creditur ire Scrabo, Dionysius poeta, Plinius, Solinus, & Pomp. Mela, fortasse lacu illo non exiguo, qui effluxit, opinionem fugerente.
Caspium erumpere Obi fluuium
Mare Tartaricum
Bargu campestria quorum incolę Vocantur Mecriti
Coras lacus
Ciorza
Catacora
Taingin
Tartar flu.
Carli
Barscol
Mongul que a nostris Gog dicitur
Alchan mōs in quo regiū Tartarię sepulchra sunt
Carocoran
Tartar villa
Mongul
Naiman
Naiman ex qua Presbiter Ioannes prodijt.
Iek mongul
Sferis
Melair
Vng que a nostris Gog dicitur
Mo trik
Desertum de Belgian magnum areno sum & sterile
Belgian mons
Castrum in quo presidia collocauerat Vutcham cōtra irruptionem Tartarorum
Arctic. Circul.
El
streto
de
Ani
an
Anian
regnum
Berezwa flu.
Sossa flu.
Obea castrum
Obdora
Zolotana baba idolum
Artawischa flu.
Molgom zaia
Baida
Tachuin flu.
Colmak
Cauon
Stingui
Samoge di id est se mutuo comedentes
Coffin flu.
Coffin
Scythicum pro montorium
Lucomorye
Serponow
Annibus lacus
Annibi, aina uorum terrędan ni de Planocarpi
Annibi montes
Ezina
Ergimul
Tanguth
Campion
Egriga
Cerguth
Tenduc
Zachabir tenduc
Tenduc, Tine forte Ptol.
Catigara Sinarū flustio Ptol.
Chianca
Sachien
Succur
Chinchitalar
Sangui
Pasansu
Sindacui
Xandu
Cianganor id est lacus albus forte eadem est Cocora: nagora Ptol.
Cathay regnum primarium
Caidu
Auster, Achtarat Ptol.
Tenduc
Gouza
Serra
Tadoson
Gundaqui
Guergangis
Asiaticech
Asiatique Asiatique Ptol.
Nanquin
Acsera
Fugio
Sachion
Turfon
Caul
Desertum Lop
Lop
Ciarciam
Ciarciarum
Peim
Cotam
Cotans
Carcham
Carchan
Samarchan
Caffar
Tenduc
Cogitanuri
Chiahs
Cuchia
Auca Horum montes
Kithai lacus
Kithai
Kitha
Cumbalich
Grustina
Ordos
Tenduc, Tine forte Ptol.
Lacus salsus in quo margaritarum magna copia est.
Turris lapidea nutus
Taschent
Tarse
Tarsie
Acsu
Taskent
Turch
Turchestan
Sachi
Salchi
Salur
Furgana
Calba
Reuen
Xibaur
Caschgar
Sachania
Auadegen
Caindu
Sarcinicum
Sarcinicum
Oceanvs Sericvs
Tanaus promōtorium Mesę, quod ab Oroßo videtur dici Samara
Theriodis sinus
Nothus prom. Ptol. Lanias Plin.
Lanias flu. Ptol.
Magni Cam
Ienisca flu.
Ienisca
Ienisca flu.
Lanias flu. Ptol.
Ienisca flu.
Ienisca flu.
Ienisca flu

Mare de Sala, vel de Bachu, Ruthenis Chualenske more, olim Caspium & Hircanum.
Mare di Mese ndin
Arabia de serta
Arabia felix
Mare Rubrum
Magnus sinus Ptol: Chrise Plin:, hodie mare Cin, a Cin regno (quod est Mangi) sic a Japanitis appellato.
Insule de Miaco
Satyrorum insule
Lequio maior
Lequio minor
Baruffe insule preciue sunt 5 site Mindanao Cilon Subut cum reliquis duabus Circum ver sus. Sinde autem 3 precipue Celebes Gilolo & Ambon.
Barbaricus sinus qa Asperum mare Ptol:
Ysles que hallo Vasco de Acuña
Las siete hermanas
S Francisco
Due compagne
Ysola de don Garcia
Seche de S Michael
Poueada
Iaua maior
Celebes
Timor tidore ins:
Cambaba ins:
Sumbedit
Compegua
Iuuagana
Mindanao
Cachuchina
Cauchi na
Cathay regnum primarii magni Cam
Mangi China
Thebet
Caindu
Cardandan
Carcham
Cotam
Karakithay id est nigra Kathaya
Kirgesii
Belor desertum olim Sacarum regio.
Turris lapidea mons
Imaus mons
Asiatici montes
Anaei montes
Care desertum per quod ut Cathaium eunt ac redeunt Tartari.
Tartari hic olim fuit
Kalmucki id est cruciati Tartari
Nagaia regnum
Comania
Tartari
Turchestan
Bactriana
Sablestan olim Aracosia
Arachosia olim Aracheosis
Sarchia olim Hyrcania
Armenia maior
Turcomania
Cappadocia
Cilicia
Cyprus
Persia
Media
Assyria
Babylonia
Chaldea
Arabia deserta
Arabia felix
Mare di Mese ndin
Golfo de Bengala Angaricus sinus Ptol:
Bengala
Delli
Orixa
Aracam
Pegu
Bremma
Iangoma
Campa
Cauchina
Cauchuchina
Cambaya
Sian
Malaca
Sumatra
Iaua maior
Andamoam
Andramarina id est aurea insula.
Zeilam insula Taprobana olim dicta, Ptol: Nanigeris.
Maldiuar insule numero intra 7000 & 8000
Palandure insule
Baixos de padua
Baixos de Chapar
Paloban insula, Ptol: Bazacata
Pulo Condor
Pulo Timon
Pulo Pinan
Pulo Cambir
Pulo Lepar
Pulo Taya
Pulo Laut
Pulo Tioman
Pulo Aor
Pulo Pisang
Pulo Timoan
Pulo Tinga
Pulo Gomes
Pulo Pelandor
Pulo Cambing
Pulo Bonetta
Pulo Cabalo
Pulo Cabra
Pulo Cambelo
Pulo Cambelo
Pulo Cambelo

Iaua maior
Fideida
Çambaba inſ:
Timor tidore inſ:
Cimpegua
Sumbedit
Iuuagana
Lantchidol mare
Beach prouincia auri fera quam pauci ex alienis regionibus adeunt propter gentis inhumanitatem.
Lucach regnum
Maletur regnum in quo maxima eſt copia aromatum.
Petan
Ferlech
Fanſur
Iaua minor in duas
Baſman
Lambri
Dragoiam regna
Samara
Iaua minor producit varia aromata Europæis nunquam viſa, vt habet M: Paulus Ven: lib: 3. cap: 13.
Mentoq vocantur 5 inſule ordine poſite iuxta Gilolo, quarum figurema Tabernate, ſequentes denique Tidore. Mothir. Machian et inſula Bachian.

De meridiano continentis ad Iauam maiorem accessu.

Ludouicus Vartomannus lib: 3 indic cap: 27 refert a latere meridiano Iauę maioris versus austrum gentes esse quasdam quę syderibus nostro septentrioni obuersis naulgant, idq; conſq; donec diem 4. horarum inuenant, hoc est in 63 graduum latitudinis, atq; hęc ex ore nauclerj sui Indi refert. M: Paul: Ven: autem coram huius continentis prouincias aliquot & insulas vidit, ac distantias annotauit vsq; ad Iauam minorem, quam neq; Burneo insulam, neq; aliquam maiori Iauę orientalem esse (vt varie pleriq; opinantur) ex eo certissimo constat, quod illam ait vsqueadeo in austrum declinare, vt neq; polus arcticus neq; stellę eius, hoc est vrſa minor, videri possint & cap: 16 dicit in vno eius regno quod Samara dicitur neutram vrſam videri, quare considerato ambitu insulę, quem ait 2000 miliarium esse, certum est borealem eius terminum 20 vt minimum gradum latitudinis australis superare. Colligimus ergo cõtinentẽ australem longe versus septentrionem excurrere & fretum quoddam cum Iaua maiore efficere, cui so: Mandeuillanus, auctor licet alioqui fabulosus, in situ tamen locorum non contemnendus, consentit cap: 308 mare Rubrum iuxta Taprobanam & adiacẽtes regiones acq; insulas ab Oceano orientali secludi inquiens.

Organum directorium

Primus meridianus & gradus latitudinum
Direction gradus
Direction gradus
Aequator & gradus differentię longitudinis
Nord
Zuyd
Oost
West

In subiectam septentrionis descriptionem

Quam in polum extendi tabula nostra non posset, latitudinis gradibus tandem in infinitum excurrentibus, & descriptionis aliquid haud quaq; negligende sub ipso septrione haberemus, necessarij putauimus extrema descriptionis nostrę hic repetere & reliqua ad polum vsq; annectere. Figuram sumpsimus quę illi parti orbis maxime congruebat, quę q; situm & faciem terrarū, qualis in sphera esset, redderet. Quod ad descriptionem attinet, eam nos accepimus ex Itinerario Iacobi Cnoyen Buscoducensis, qui quędam ex rebus gestis Arturi Britanni citat, maiorem autem partem & potiora a sacerdote quodam apud regem Noruegię anno D: 1364 didicit. Descenderat is quinto gradu ex illis quos Arturus ad has habitandas insulas miserat, & referebat anno 1360 Minoritam quendam Anglum Oxoniensem mathematicum in eas insulas venisse, ipsiq; relictis ad vlteriora arte magica profectum descripsisse omnia, & astrolabio dimensum esse in hanc subiectam formam fere, vti ex Iacobo collegimus. Euripos illos 4 dicebat tanto impetu ad interiorem veraginem rapi, vt naues semel ingressę nullo vento retroagi possint, neq; vero vnquā tantum ibi ventū esse vt molę frumentarię circumagende sufficiat. Simillima his habet Giraldus Cambrensis in lib: de mirabilibus Hibernię, sic enim scribit: Non procul ab insulis (Ebudibus, Flandia &c) ex parte boreali est maris quędam miranda vorago, ad quam a remotis partibus omnes vndiq; marini fluctus tanq; ex conducto constituunt & concurrūt, qui in secreta naturę penetralia se ibi transfundentes quasi in abyssum vorantur, si vero nauem hāc forte transire contigerit, tanta rapitur & attrahitur fluctuū violentia, vt eam statim irrevocabiliter vis voracitatis absorbeat.

Asię pars orientalis extrema
Polus magnetis respectu insularū capitis Viridis
Bergi regio
Polus magnetis respectu Coruj insulę
Indię noue pars
Oceanus Scythicus
Oceanus 19 ostia inter has insulas irrumpens & euripus situ quibus indagnetes sub septentrionibus fortiter, atq; illi in viscera terrę absorbetur. Ripeę quę sub polo est amplitudo circiter 33 leucarum habet.
Hic euripus 5 habet ostia & propter angustum ad minimum cursus
Pygmęi hic habitant 4. ad summum pedes longi, quem admodum illi quos in Groenlandia Screlingers vocant.
Hęc insula optima est & salubberrima totius septentrionis.
Hic euripus 2 aut 3 gradibus ostijs, & quoranis ad 3 circiter mensis congelatus manet, latitudinem habet 37 leucarum.
Septentrionalis
Groclant
Margaster
Screlingi
Ther prom:
Chan prom:
Gradus latitu dinis
75
80
85
90
100
110
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290
300
310
320
330
340
350
360
10
20
30
40
50
60
70
80

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.
Sheets 16 and 17.
Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no 6.
Supplement to Imago Mundi no 2.

2010 Ministerio de Cultura

Mercator's Map of the World (1569) in Atlas-form.

Sheet 18.

Publicaties van het Maritiem Museum „Prins Hendrik" no. 6.

Supplement to Imago Mundi no. 2.

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura